



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 79. Dissida Lutheranos inter & Zwinglianos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

„set civitas, in qua ejusmodi homines **Sæcul. XVI.**
 „minime reperirentur, vellem ibidem **A.C. 1527.**
 „domicilium meum figere.,,

Certo hæc descriptio non manifestat
 indolem cuiusdam Viri, qui se Luthe-
 ranorum ac Zwinglianorum amicum
 profitetur.

§. LXXIX.

Diffidia Lutheranos inter & Zwingianos.

Haud immerito (si tamen ab exterio-
 ribus signis judicium petere fas est) Erasmus ad Cæsarem perscripsit, quod novi Evangelii progressus tandem mutuis decrescant dissidiis, quibus Sectatorum Principes circa Eucharistiae articulum se invicem proscindunt. Lutherus enim substantiam panis unacum Corpore Christi permanere contendebat, Zwinglius ex adverso Eucharistiam non nisi signum ac figuram esse docebat. Credebat Lutherus nihil magis temerarium, magisque impium esse, quam literalem sensum negare. Zwinglius vero nihil magis absconum, ac crassum reputabat, quam eundem admittere. Erasmus, quem uterque suæ sectæ ag-
 gregare gestiebat, unacum omnibus Ca- *Lib. 28. 3. & 29. 113. & 31.*
 tholicis ad eos dicebat: *Vos omnes pro- 59. p. 2102.*
 vocatis ad Scripturam, vosque veros il- &c.

Z 2 lius.

Sæc. XVI. lius interpretes esse, jactitatis: *Uterque*
A.C. 1528. *ergo, antequam legem mundo præscribatis,*
inter vos convenite (*). His auditis am-
 bo, quod inter se convenire non possent,
 pudore suffundebantur, & quamvis ex-
 terius ignominiam suam operire nite-
 rentur, nihilominus reipsa in mente sua
 haud aliter sentiebant, ac Calvinus
 quondam calamo expresserat, hæc ad
 Melanchtonem amicum suum perscri-
 bens: *Maximopere interest, ad futura sæ-*
cula nullam divisionum nostrarum suspicio-
nem pervenire; plus enim, quam concipi po-
teſt, ridiculum eſt, nos, dum toti mundo ad-
versamur, tam parum inter nos ab initio Re-
formationis convenire.

§. LXXX.

Bellum ab Hassiæ Landgravio , &
Electore Saxonice ador-
natum.

Steidan. in *Interim Philippus Hassiæ Landgravius*
comm. l. 6. *novi Evangelii sectator longe studio-*
p. 188. *sissimus ejusmodi tumultus probe pro-*

Melanchton *spexerat; unde primis jamjam annis, in*
l. 4. ep. 70. *Cochl. in actis* *quibus hæc dissidia fervebant, ea com-*

Lutheri *pone-*
ann. 1528.

Raynald. an. *(*) Continuator oblitus erat, quod hæc*
1528. n. 42. *jam priori §. LVI. ex Boschetto descripsit;*

reliqua vero itidem ex eodem Auctore de-
moravit.